

Anzeigebblatt

für die Erzdiöcese Freiburg.

(Beilage zum Freiburger katholischen Kirchenblatt.)

Nro. 4.

Freiburg, den 22. Februar 1860.

IV. Jahrgang.

Nr. 9.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E I X.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD OMNES PATRIARCHAS PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Nullis certe verbis explicare possumus, Venerabiles Fratres, quanto solatio, quantaque laetitiae Nobis fuerit inter maximas Nostras amaritudines singularis ac mira vestra, et fidelium, qui Vobis commissi sunt, erga Nos et hanc Apostolicam Sedem fides, pietas et observantia, atque egregius sane in ejusdem Sedis juribus tuendis, et justitiae, causa defendenda consensus, alacritas, studium et constantia. Etenim ubi primum ex Nostris Encyclicis Litteris die 18. Junii superiori anno ad Vos datis, ac deinde ex binis Nostris Consistorialibus Allocutionibus cum summo animi vestri dolore cognovistis gravissima damna, quibus sacrae civilesque res in Italia affligebantur, atque intellexistis nefarios rebellionis motus et ausus contra legitimos ejusdem Italiae Principes, ac sacrum legitimumque Nostrum et hujus S. Sedis principatum, Vos, Nostris votis curisque statim obsecundantes, nulla interiecta mora, publicas in vestris Dioecesibus preces omni studio indicere properastis. Hinc non solum obsequentissimis aequae ac amantissimis vestris Litteris ad Nos datis, verum etiam tum pastoralibus Epistolis, tum aliis religiosis doctisque scriptis in vulgus editis episcopalem vestram vocem cum insigni vestri ordinis ac nominis laude attolentes, ac sanctissimae nostrae religionis justitiaeque causam strenue propugnantes, vehementer detestati estis sacrilega ausa contra civilem Romanae Ecclesiae principatum admissa. Atque ipsum principatum constanter tuentes, profiteri et docere gloriati estis, eundem singulari Divinae illius omnia regentis ac moderantis Providentiae consilio datum fuisse Romano Pontifici, ut ipse nulli civili potestati unquam subiectus supremum Apostolici ministerii munus sibi ab ipso Christo Domino divinitus commissum plenissima libertate, ac sine ullo impedimento in universum orbem exercent. Atque Nobis carissimi catholicae Ecclesiae filii vestris imbuti doctrinis, vestroque eximio exemplo excitati eosdem sensus Nobis testari summopere certarunt et certant. Namque ex omnibus totius catholici orbis regionibus innumerabiles paene accepimus tum ecclesiasticorum tum laicorum hominum cuiusque dignitatis, ordinis, gradus et conditionis Litteras etiam a centenis catholicorum millibus subscriptas, quibus ipsi filialem suam erga Nos, et hanc Petri Cathedram devotionem ac venerationem luculenter confirmant, et rebellionem, aususque in nonnullis Nostris Provinciis admissos vehementer detestantes, Beati Petri patrimonium omnino integrum inviolatumque servandum, atque ab omni iniuria defendendum esse contendunt; ex quibus insuper non pauci id ipsum, vulgatis apposite scriptis, docte sapienterque asseruere. Quae praeclarae vestrae, ac fidelium significationes, omni certe laude ac praedicatione decorandae, et aureis notis in catholicae Ecclesiae fastis inscribendae ita Nos commoverunt, ut non potuerimus non laete exclamare „*Benedictus Deus et Pater Domini Nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur Nos in omni tribulatione nostra.*“ Nihil enim Nobis inter gravissimas, quibus premimur, angustias gratius, nihil jucundius nihilque optatius esse poterat quam intueri quo concordissimo atque admirabili studio Vos omnes, Venerabiles Fratres, ad hujus S. Sedis jura tutanda animati et incensi estis, et qua egregia voluntate fideles curae vestrae traditi in idipsum conspirant. Ac per Vos ipsi vel facile cogitatione assequi potestis quam vehementer paterna Nostra in Vos, atque in ipsos catholicos benevolentia merito atque optimo jure in dies augeatur.

Dum vero tam mirificum vestrum, et fidelium erga Nos et hanc Sanctam Sedem studium et amor Nostrum lenibat dolorem, nova aliunde tristitiae accessit causa. Itaque has Vobis scribimus Litteras, ut in tanti momenti re animi Nostri sensus Vobis in primis denuo notissimi sint. Nuper, quemadmodum plures ex Vobis iam noverint, per Parisienses ephemeridas, quibus titulus „Moniteur“ vulgata fuit Gallorum Imperatoris Epistola, qua Nostris respondit Litteris, quibus Imperialem Majestatem Suam omni studio rogavimus, ut validissimo suo patrocinio in Parisiensi Congressu integram et inviolabilem temporalem Nostram et hujus Sanctae Sedis ditionem tueri, illamque a nefaria rebellionem vindicare vellet. Hac sua Epistola summus Imperator commemorans quoddam suum consilium paulo ante Nobis propositum de rebellicis Pontificiae Nostrae ditionis provinciis Nobis suadet, ut earundem provinciarum possessioni renuntiare velimus, cum ei videatur hoc tantum modo praesenti rerum perturbationi posse mederi.

Quisque vestrum, Venerabiles Fratres, optime intelligit, Nos gravissimi officii Nostri memores haud potuisse silere cum hujusmodi epistolam accepimus. Hinc, nulla interposita mora, eidem Imperatori rescribere properavimus, Apostolica animi Nostri libertate clare aperteque declarantes, nullo plane modo Nos posse ejus annuere consilio, proptereaquod *insuperabiles praeseferat difficultates ratione habita Nostrae et hujus Sanctae Sedis Dignitatis, Nostrique sacri characteris, atque ejusdem Sedis jurium, quae non ad alicujus regalis familiae successionem, sed ad omnes catholicos pertinent*, ac simul professi sumus *non posse per Nos cedi quod nostrum non est, ac plane a Nobis intelligi victoriam, quae Aemiliae perduellibus concedi vellet, stimulo futuram indigenis, exterisque aliarum provinciarum perturbatoribus ad eadem patranda, cum cernerent prosperam fortunam quae rebellibus contingeret*. Atque inter alia eidem Imperatori manifestavimus, *non posse Nos commemoratas Pontificiae Nostrae ditionis in Aemilia provincias abdicare, quin solemnia, quibus obstricti sumus, juramenta violemus, quin querelas motusque in reliquis Nostris provinciis excitemus, quin catholicis omnibus injuriam inferamus, quin denique infirmemus jura non solum Italiae Principum, qui suis dominis injuste spoliati fuerunt, verum etiam omnium totius christiani orbis Principum, qui indifferenter videre nequirent perniciosissima quaedam induci principia*. Neque praetermisimus animadvertere, *Majestatem Suam haud ignorare per quos homines, quibusque pecuniis ac praesidiis recentes rebellionis ausus Bononiae, Ravennae et in aliis civitatibus excitati ac peracti fuerint, dum longe maxima populorum pars motibus illis, quos minime opinabatur, veluti attonita maneret, et ad illos sequendos se nullo modo propensam ostendit*. Et quoniam Serenissimus Imperator illas Provincias a Nobis abdicandas esse censebat ob rebellionis motus ibi identidem excitatos, opportune respondimus, hujusmodi argumentum, utpote nimis probans, nihil valere: quandoquidem non dissimiles motus tum in Europae regionibus, tum alibi persaepe evenerunt; et nemo non videt legitimum exinde capi non posse argumentum ad civiles ditiones imminuendas. Atque haud omisimus eidem Imperatori exponere diversam plane fuisse a postremis suis Litteris primam suam Epistolam ante Italicum bellum ad Nos datam, quae Nobis consolationem, non afflictionem attulit. Cum autem ex quibusdam imperialis epistolae per commemoratas ephemerides editae verbis timendum Nobis esse censuerimus, ne praedictae Nostrae in Aemilia provinciae jam essent considerandae veluti a Pontificia Nostra ditione distractae, iccirco Majestatem Suam Ecclesiae nomine rogavimus, et etiam proprii ipsius Majestatis Suae boni utilitatisque intuitu efficeret, ut hujusmodi Noster timor plane evanesceret. Ac paterna illa caritate, qua sempiternae omnium saluti prospicere debemus, in Ipsius mentem revocavimus, ab omnibus districtam aliquando rationem ante Tribunal Christi esse reddendam, et severissimum judicium subeundum, ac propterea cuique enixe curandum ut misericordiae potius quam justitiae effectus experiatur.

Haec praesertim inter alia summo Gallorum Imperatori respondimus, quae Vobis, Venerabiles Fratres, significanda esse omnino existimavimus, ut Vos in primis, et universus catholicus orbis magis magisque agnoscat, Nos, Deo auxiliante, pro gravissimi officii Nostri debito omnia impavide conari, nihilque intentatum relinquere, ut religionis ac justitiae causam fortiter propugnemus, et civilem Romanae Ecclesiae principatum, ejusque temporales possessiones ac jura, quae ad universum catholicum orbem pertinent: integra, et inviolata constanter tueamur et servemus, nec non justae aliorum Principum causae prospiciamus. Ac divino Illius auxilio freti qui dixit *in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum*, (Joan. c. 16. v. 33.) *et beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam*, (Matth. c. 5. v. 10.) parati sumus illustria Praedecessorum Nostrorum vestigia persequi, exempla aemulari, et aspera quaeque et acerba perpeti, ac vel ipsam animam ponere, antequam Dei, Ecclesiae ac justitiae causam ullo modo deseramus. Sed vel facile conicere potestis, Venerabilis Fratres, quam acerbo conficiamur dolore videntes quo teterrimo sane bello sanctissima nostra religio maximo cum animarum detrimento vexetur, quibusque maximis turbinibus Ecclesia et haec Sancta Sedes jactentur. Atque etiam facile intelligitis quam vehementer angamur probe noscentes quantum sit animarum discrimen in illis perturbatis Nostris provinciis, ubi pestiferis praesertim scriptis in vulgus editis pietas, religio, fides, morumque honestas in dies miserrime labefactatur. Vos igitur, Venerabiles Fratres, qui in sollicitudinis Nostrae partem vocati estis, quique tanta fide, constantia ac virtute ad Religionis, Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis causam defendere, ac fideles curae vestrae concreditos quotidie magis inflammate, ut sub vestro ductu omnem eorum operam, studia, consilia in catholicae Ecclesiae et hujus Sanctae

Sedis defensione, atque in tuendo civili ejusdem Sedis principatu, Beatique Petri patrimonio, cujus tutela ad omnes catholicos pertinent, impendere nunquam desinant. Atque illud praesertim a Vobis etiam atque etiam exposcimus, Venerabiles Fratres, ut una Nobiscum fervidissimas Deo Optimo Maximo preces sine intermissione cum fidelibus curae vestrae commissis adhibere velitis, ut imperet ventis et mari, ac praesentissimo suo auxilio adsit Nobis, adsit Ecclesiae suae atque exurgat et judicet causam suam, utque caelesti sua gratia omnes Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis hostes propitius illustrare, eosque omnipotenti sua virtute ad veritatis, justitiae, salutisque semitas reducere dignetur. Et quo facilius Deus exoratus inclinet aurem suam ad Nostras, vestras, omniumque fidelium preces, petamus in primis, Venerabiles Fratres, suffragia Immaculae Sanctissimaeque Dei Genitricis Virginis Mariae, quae amantissima nostrum omnium est mater et spes fidissima, ac praesens Ecclesiae tutela et columen, et cujus patrocinio nihil apud Deum validius. Imploremus quoque suffragia tum Beatissimi Apostolorum Principis, quem Christus Dominus Ecclesiae suae petram constituit, adversus quam portae inferi praevalere nunquam poterunt, tum coapostoli ejus Pauli, omniumque Sanctorum Caelitum, qui cum Christo regnant in caelis. Nihil dubitamus, Venerabiles Fratres, quin pro eximia vestra religione ac sacerdotali zelo, quo summopere praestatis, Nostris hisce votis postulationibusque studiosissime obsequi velitis. Atque interim flagrantissimae Nostrae in Vos caritatis pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde profectam, et cum omnis verae felicitatis voto conjunctam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus cujusque vestrum vigilantiae commissis peramanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 19. Januarii Anno 1860.

Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Nro. 10.

Das Erzbischöfliche Knabenseminar dahier betr.

Wir fühlen Uns verpflichtet, den ehrwürdigen Capiteln, hochwürdigen Priestern und geliebten Gläubigen, welche im verflossenen Jahre Unser Knabenseminar mit Liebesopfern bedachten, öffentlich Unsern tiefgefühlten Dank mit der Versicherung auszubringen, daß Wir täglich am hl. Altare dieser edeln Wohlthäter gedenken, ihnen von ganzem Herzen die Fülle des göttlichen Segens wünschend. Zugleich empfehlen Wir diese unsere Anstalt, durch welche es manchem armen, aber begabten und gesitteten Knaben ermöglicht wird, dereinst als frommer Priester dem Herrn zu dienen und als ein eifriger Seelenhirt unaussprechlichen Segen zu verbreiten, fortan der nie versiegenden, opferwilligen Mildthätigkeit Unserer vielgeliebten Erzbischofen, und bitten sie, um der Liebe Jesu Christi willen, auch ferner ihr Scherflein zu ihrer Erhaltung und Erweiterung beizutragen.

Die hochwürdigen Seelsorger der Erzdiocese Bad. Anthheils werden Obiges an dem nächsten Sonntag den Gläubigen von der Kanzel verkünden.

Die hochwürdigen Decane, welche die im verflossenen Jahre gefallenen Liebesgaben noch nicht eingefendet, mögen dieß in Wälde thun, da in den Wintermonaten die Ausgaben bedeutender sind.

Freiburg am Feste des allerheiligsten Namens Jesu den 13. Januar 1860.

† **Hermann,**

Erzbischof von Freiburg.

Nro. 11.

Die Erneuerung der Cura animarum betreffend.

Diejenigen Pfarrverweser und Vicare, sowie überhaupt jene Curaten, deren Cura animarum im Verlaufe dieses Jahres zu Ende geht, haben behufs der Erneuerung derselben, falls sie vor deren Ablauf ein Beneficium nicht übertragen erhalten, oder durch Erstehung des Pfarrconcurfes sich eine Verlängerung nicht erwerben würden, eines der nachstehenden Themate in lateinischer oder deutscher Sprache zu bearbeiten und die lesbar geschriebenen Elaborate rechtzeitig d. h. wenigstens 4 Wochen vor Ablauf der Admiffion anher einzusenden:

1. Quae est materia sigillo sacramentali subjecta? Quo modo servandum est sigillum? Et quae sunt poenae gravissimae laesi sigilli?
2. Quis est proprius matrimonium contrahentium parochus? Et quam habet jurisdictionem in contrahentes?
3. Explicetur et demonstratur Dogma de reali praesentia Jesu Christi in Sacramento Eucharistiae.
4. Quid est justificatio? Quae sunt dispositiones ad justificationem? Et quae sunt ejusdem causae?
5. Quibus argumentis nititur dogma de necessitate confessionis specialis in sacramento poenitentiae? —

Freiburg den 26. Januar 1860.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Vacante Pfründen.

Die vacante Pfarrei Salmendingen Dec. Beringen (Hohenzollern) soll wieder definitiv besetzt werden. Die Bewerber haben binnen 4 Wochen ihre mit den erforderlichen Attesten belegten Gesuche an die Fürstlich Fürstenbergische Domänenkanzlei zu Donaueschingen einzureichen.

Freiburg, 16. Febr. 1860.

Das Erzbischöfliche Ordinariat.

Versezungen der Vicare und Pfarrverweser.

Am 26. Januar 1860: Vicar Conrad Falschner von Heitersheim als Pfarrverweser daselbst.

Vicar August Jak. Walf in Waiblingen als Pfarrverweser nach Wiesenthal.

Vicar Constantin Rieg von Wiesenthal als solcher nach Ladenburg.

Administrator in spiritualibus Philipp Leiblein in Ladenburg, nunmehr als Pfarrverweser daselbst.

Am 31. Jan.: Curatieverweser Saile von Ablach als Pfarrverweser nach Tafertweiler und Priester Joseph Laur nach Ablach.

Am 1. Februar: Christ. Diez, bisher Vicar in Baden, als Pfarrverweser daselbst.

Pfarrverweser Fidel Fricker von Heudorf als solcher nach Heinstetten und Hermann Fischer von Heinstetten nach Heudorf.

Am 16. Februar: Gregor Groß, Pfarrverweser in Bachheim, Decanat Billingen, als solcher nach Ottenheim, Dec. Lahr.

Josef Benz, Pfarrverweser in Bräunlingen, als solcher nach Mühlenbach, Decanat Lahr.

Matthäus Rinkenburger, Pfarrverweser, als solcher von Mühlenbach nach Bräunlingen.

Priester Marcus Legus von Dettingen (Württemberg), zur Zeit Pfarrverweser in St. Märgen, wurde durch Ordinariats-Entschliesung vom 1. Februar 1860. Nro. 867 unter den Clerus der Erzdiöcese aufgenommen.

Sterbefälle.

Am 21. Januar: Stadtpfarrer Franz Joseph Reiff von Ladenburg.

" " Stadtpfarrer und Definitor Johann Nepomuk Graf von Heitersheim.

Am 22. " Erzbischöflicher Decan und Pfarrer Ferdinand Seither von Wiesenthal.

Am 24. " Anton Fechter, Pfarrer in Tafertweiler.

Am 7. Februar: Stadtpfarrerverweser Adolph Fehlechner in Trochtelfingen. R. I. P.

Vermischtes.

In Bezug auf die Einschaltung einer vom Ordinarius besonders anbefohlenen Collecte bei der Feier des heil. Messopfers (wie z. B. jetzt pro papa) bestehen folgende Entscheidungen der S. Rituum Congregatio:

1. Auf die Frage, ob die vom Ordinarius anbefohlene Collecte in dupl. 1 et 2 classis eingeschaltet werden müsse, antwortete die hl. Congregation:

„Negative in duplicibus primae classis, ut alias responsum fuit. Quoad duplicia vero secundae classis poterit ad libitum celebrantis legi vel omitti Collecta imperata in Missis privatis tantum; in conventuali et solemnibus omittenda.“ (15. Mai 1819. 23. Mai 1835. und 16. April 1853.)

2. Auf die Anfrage, ob diese Collecte an den Advent- und Fastensonntagen auszulassen sei, lautet die Entscheidung:

„Negative exceptis Dominicis Palmarum et Dominica IV. Adventus in hujus occursum cum Vigilia Nativitatis D. N. J. Chr., in quibus omittenda est Collecta imperata.“ (20. April 1822.)

3. Wenn in der hl. Messe die dritte Oratio „ad libitum“ ist, so muß diese „per modum praecepti et obligationis“ gebetet werden, und quarto loco wird gesetzt die Oratio ab Episcopo imperata. (17. August 1709.)

Das Rituale Romanum enthält unter der Rubric „de Sacramento Poenitentiae“ unter Anderm auch folgende Bestimmung: „Quodsi inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela aegro deficiat, nutibus et signis Sacerdos conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere, quibus utrumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiamsi confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.“ Darunter wird die sakramentalische Lossprechung, und nicht bloß die sog. Generalabsolution verstanden.